a sancienda remedijs appellationibus motionibus protestationibus et alijs rebus subsidiarijs quocunque nomine vocitatis nullis penitus exceptis sub quocunque colore et pretextu adversus istam oblationem excogitanda Ita ut quicquid contra presentem inscriptionem in officio vel extra officium prefatum prefatos recognoscentem eiusque successores actum gestum et attentatum fuit id totum solius presentis inscriptionis auctoritate debet esse irritum et inane et nullius penitus roboris aut momenti non secus ac si per Sacram Maiestatem Regiam supremum nostrum iudicem seu alios iudices omnes et ultima instantia in se ferenda in legittimo iudicio ex parte controversijs ea omnia pro irritis et inanibus et nullius momenti aut roboris pronunciata et decreta essent Pro quo memoriale ex parte prefati Stanislai Baranowsky officio presenti solutum est.

Rudniczki recedit ab inscriptione Arendatoria

Coram officio et actis presentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Andreas Rudniczky recedendo ab omni suo proprio foro iurisdictioneque Competenti renunciando Huic vero iurisdictioni Castrensi Premisliensi se suosque successores bonaque sua omnia quoad actum presentem attinet incorporando et subijciendo sanus mente et corpore existens publice palam libere ac per expresse recognovit Quia ab inscriptione ipsi per Nobilem Sienko Tureczky coram officio et actis presentibus Castrensibus Premisliensibus facta et recognita Qua prenominatus Sienko Tureczky eidem recognoscenti bona sua hereditaria videlicet Quatuor Cmethones et Curiam suam dicto Pietrowska in fundo villae Vniatiche existentem et que videlicet bona que ipse Rudniczky ab eodem Sienko Thureczky modo oblationis actibus presentibus Castrensibus Premisliensibus inscripta habuit ad tempus in ipsa inscriptione specificatum arendavit et in arendam locavit Prout eadem inscriptio arendatoria in actis presentibus Castrensibus Premisliensibus contenta latius et uberius premissa in se descripta complectitur Iam ex nunc temporibus omnibus recedit Ipsamque inscriptionem arendatoriam cum omnibus eiusdem Conditionibus punctis clausulis articulis ligamentis ibidem appositis contentis et descriptis a toto beneficio eiusque Nihil ex eadem inscriptione excipiendo Cassat annihilat mortificat obliterat perpetue sibi et suis posteris ratione premissorum silentium imponendo aeternum presenti sua publica recognitione mediante.

Actum in castro Premisliensi

feria secunda ante festum Nativitatis Beatae Mariae Virginis proxima Anno domini Millesimo Quingentesimo octuagesimo tertio 5/IX. Coram Generosis Joanne Thoma Drohoiowsky a Drohoiow Capitaneo Dobrogostio Zapolski Notario Castrensi Premisliensi officio et actis presentibus

Blazowski obligat alteri

Comparens personaliter Coram officio et actis presentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Ignatius Iwankowicz Blazowsky ab terris districtibus iuribusque suis quibuscunque proprijs recedendo a foro Competenti renunciando, Huic vero iurisdictioni Castrensi Premisliensi se cum successoribus bonisque suis omnibus quoad actum effectu